

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Kórnickiej sygn. 801, k. 168r–168v

Edycja krytyczna: Maciej Mikuła

Artykuł 113

[113] Nunc^a attendatis de civitate Meÿdeburg. Cum primo Meÿdeburg locatum seu fundatum fuerit imperatoris Ottonis Magni consilio, et cum terre arbitrio, et stabilitum fuit in suo iure, sicut nunc tenet in iure municipali secundum consuetudinem antiquorum, et Hallis civitas [k. 168v] ex^a ea fundata est, idcirco utraque uno utitur iure. Eapropter omnes de Polonia ac de Bohemia, qui sub iure locati sunt Teutunico et de marchia et de Mÿssenensi provincia, et de marchia Luziciensi, hii omnes ius suum in Hallis recipere debent, et de civitatibus, que in hiis districtibus locati sunt. Et si sententiam ingnoraverint aut defectum habuerint in una sententia, hanc oportet in Meÿdeburc querere. Idcirco, quia omne municipale protegit, quod iure terrestri fieri non potest, quod cum reprobata sententia de marchia ad comitatum trahi possit, quia marchio secundum suum arbitrium aut propriam gratiam iudicat, sub banno regio. Hoc idem fit in omnibus civitatibus, ubi bannum est regium, quod vir demeretur tria talenta iudici feodato sub banno regio. Sin autem iudicatur sub banno regio, tunc sculteto demerentur octo solidi de iudicio cum sentenciis scabinorum. Idem fit burgravio. [^b] Scabini undecim esse debent, et scultetus sit duodecimus, quia burgravio primam sententiam diffinire debet. Quia burgravius bannitum iudicium absque sculteto habere potest, nec scultetus absque hiis undecim scabinis in vero loco iudiciali.

^a ozdobny inicjał wysokości dwóch wersów; ^b na marginesie znak nowej sekcji

[hasła: miasto, Magdeburg, Otto Wielki, prawo niemieckie, zwyczaj, Halle, Polska, Czechy, Miśnia, Marchia Łużycka, wyrok, skarga, sąd królewski, sołtys, sędzia, ławnik, burgrabia, sąd wyłożony]